



Disputatio medica inauguralis de chlorosi

<https://hdl.handle.net/1874/347317>

D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S ,

D E

C H L O R O S I ,

Q U A M ,

D I V I N O F A V E N T E N U M I N E ,

E x auctoritate Magnifici D. Rectoris ,

D. HERMANNI van HALEN ,

S.S. Theologiæ Doctoris , ejusdemque Facultatis in inclyta Academia

Ultrajectina Professoris Ordinarii , Verbique Divini ibidem in
Ecclesia Præconis ,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicci consensu , Nobilissimeque
Facultatis MEDICÆ Decreto ,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in M E D I C I N A Honoribus & Privilegiis
ritè & legitimè consequendis ,

Eruditorum examini subjicit

JOHANNES STEENWYCK , Mediob-Zeland.

Ad diem 16. Januarii , hora locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA , Academiæ
Typographi , cœc Iœc cx.

D E O
TER OPT. MAX.
summo medico.

Parenti charissimo mecænati uni-
co.

Præceptoribus venerandis.

Amicis ac consanguineis conjun-
ctissimis.

Omnibus denique nobilissimæ
hujus artis Medicæ cultori-
bus.

Disputationem hanc Inauguralem

amore

more

ore

re

Offert

J. STEENWYCK, *Auct. & Ref.*



D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A V G U R A L I S ,
D E
C H L O R O S I .

T H E S I S I .

Homo *Μικροσόμος* ut reliquis animalibus præstantia atque nobilitate præcellit, ita in prima creatione ob poenam peccati, variis calamitatibus ac fere innumeris morborum generibus obnoxius factus est.

Cum itaque versarer in amplissimo Ærumnarum Campo, diu Mens hæsit in ambiguo, quidnam ex per amplio illo ac florentissimo Medicinæ Horto (disputaturus pro gradu) eligerem: tandem se oculis nostris obtulit inter varios cruciatus, quibus in hac Misericordiarum Valle corpus Ægrarum miserime affligitur, Morbus Virgineus seu *χλωρίσις*, cui ob gravia sua ac varia symptomata hunc Morbo comitantia inferior non debetur locus.

I I.

Ut itaque accuratum in describendo hoc Morbo observemus ordinem, consilium est à nominis ætymologia exordiri, quod vulgo à Græcis *χλωρίσις* dicitur à verbo *χλωρίζω* viridis

4 D I S P U T A T I O M E D I C A

sum, in Ægris enim plerumque foedus iste color ex viridi flaves-
cens observatur, Latini huic Morbo varia imposuere nomina, Alii
Eum vocarunt *Morborum Virgineum*, quia plerumque Virgi-
nes jam viro maturas infestare solet, Alii vocarunt *Febrim al-
bam* à symptomate suo pallore, Alii *Febrim amatoriam* nucupa-
runt, quia amantes quandoque pallere solent, juxta illud
Ovidii :

Palleat omnis amans color sic est aptus amanti.

Alii demum *Icteri Albi* nomen imposuerunt, nam ut *Icterus Flavus* totum corpus flavo obducit colore, sic etiam noster affec-
tus pallido quodam colore tingit, Nostratis vocatur *de Maegden Siekte*, Anglice dicitur *the green sickness*.

I I I.

Post nominis ætymologiam ordo exigit, ut transgressum
faciamus ad Morbi Definitionem, intelligo itaque per hunc
Morbum *fædum istum Faminarum* (Virginum potius) *colorem*
(unde etiam nomen suum fortitur) *per totum corporis habitum dif-
fusum*.

I V.

Theſi prima diximus, symptomata hunc Morbum conco-
mitantia effe varia ac gravia, ut sunt facies *Glabiorum pallor*, ro-
tundus corporis *laxitudo*, *Hypochondria inflantur*, capitis adeſt *Dol-
or*, *mensium obſtructio*, appetitus valde proſtratus ac corruptus,
reſpirandi *Difficultas*, *Intumescētia pedum totiusque habitus cor-
poris*, *Febris aliquando abeft aliquando adeſt*, *Somnus profundior*,
naueſabunda sunt & aliquando adeſt *Cordis Palpitatio*, adeo
ut ſic Affeſtus nihil diſcrepare videatur à Cachexia cum Men-
ſium Obſtructione Hypochondriaca paſſionē &c: ut ſatis pa-
tet ex ſympotmatibus jam enarratis.

V.

Cum itaque Affeſtus noster nihil aliud fit quam Cachexia
cum Menſium Obſtructione, non inconveniens duxi quaedam
de Hæmatosi præfari, ut hoc modo natura Cachexiæ melius
nobis atefcat, nam contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt:
& dein nonnulla de Menſium Obſtructione adjungere animus
effit.

VI Ci-

I N A U G U R A L I S. 5
V I.

Cibus dentibus comminutus , ac salivæ permixtus , per æsophagum ad ventriculum demittitur , in cuius cavitatem fermentatur ac in Chylum convertitur , mediante Fermento quodam ex reliquis prioris cibi ibidem relictis ac asservatis , que trætu temporis acorem contrahunt , ac sic in fermentum quoddam & pro appetitu & pro digestione requisitum evadunt , ut vide apud d. Etiss. Willis. de medicament. operation. sect. I. cap. 2. §. XXI. 2. Particulæ nonnullæ cum sanguine per arterias Cæliacas adferuntur & in tunica glandulosa (a Willijs cruxtra villosa dicta) à reliquo sanguine cecernuntur , quæ ad fermentationem in ventriculo facilitandam plurimum juvant , 3. etiam saliva continuo deglutita huic operi suum solvit tributum , nam saliva in se continet particulas salinas & spirituosas , ac sic fermenti ad instar se habet , 4. etiam Spiritus Animales sua dupli modo contribuunt , 1. quatenus continuo in Tunicam ventriculi Musculosam influunt ac ventriculum concutiendo fermentationem promovent , 2. quatenus liquorem spumosius reddunt , 5. sufficiens requiritur Calor loci , hoc enim videmus in farina aqua subacta , quod in loco calidiori melius fermentationem subeat , 6. ad fermentationem facilitandam etiam liber Halitus requiritur , rite enim procedere non potest fermentatio si omnes vapores in ventriculo retenti maneant , adeo ut hoc fermentum sit subfalsum subacidum , Spiritibus tamen ita temperatum , ut ejus acrimonia percipi nequeat , simulque volatile , non enim ut Mabius putavit , quod esset mere acidum & falsum , quamvis aliquoties ita observaverit , semper enim in statu præternaturali hoc fuit.

V I I.

Cum autem omnia ista requisita concurrent , constat fermentum hoc esse valde hæterogenium , quoniam sanguis noster est liquor diversis particulis constans , ex quo maxima ejus pars cecernitur , necesse itaque est fermentum hoc diversis constare particulis , quod sanguis diversis constet particulis , non solum quotidiana ostendit Diæta , quod etiam Divinus ille Medicorum parens Hippocrates innuere videtur lib. de veter. Medicina

6 D I S P U T A T I O M E D I C A

§. xxiv. n. 215. pag. ex edition. Lynd. xxvii. cum inquit: *in homine namque inest & amarum, & salsum, & dulce & acidum, & acerbum & insipidum aliaque sexcenta*, sed & aperte hoc docet Analysis Chymica.

V I I I.

Cibus jam in ventriculo existens ac fermentatus non omnis simul egreditur ex ventriculo, sed aliæ particulæ præ aliis, à continuo ventriculi motu peristaltico, per Pylorum seu Janitorem (qui vulgo inferius ventriculi orificio vocatur sed re tamen bene perpenfa, in eadem ponitur diametro cum Stomacho seu superiori ventriculi orificio) ad intestinum duodenum protruduntur, in quo de novo fermentationem blandam lenem ac naturæ nostræ amicam, sufficientem tamen ut ea mediante particulæ tenuiores & alimentosæ ab excrementitiis segregentur, subeunt, concurrente bile & succo pancreatico, ex suis ductibus ad intestinum allatis, quæ fermentatio seu potius effervescentia (ita enim à Celeb. Sylvio in disputat. Medicar. secund. §. xiii. vocatur) non peragitur solum in intestino duodeno, sed per totam intestinorum Tenuum fistulam continuatur, in qua innumeræ conspiciuntur Glandulæ ab illucidatore suo Peierianæ dictæ, in quibus humor aliquis ab allato sanguine arterioso segregatur, succo pancreatico non absimilis, cuius ope effervescentia ista continuatur & ulterius promovetur.

I X.

Fermentationem istam dico esse lenem ac blandam, minime vehementem, ut putavit Dom. Schuyl cum suis, ille enim statuit effervescentiam (quæ in intestino duodeno fit ab humore illo triumvirali) admodum esse vehementem, adeo ut magnacum vehementia maximoque cum fætore (reperto nempe intestino) profiliat, adeo ut ad stantes conspurcarentur, cuius enim contrarium non semel vidi.

X.

Praecata ibidem effervescentia, particulæ tenuiores (verum chylum constituentes) motu quodam iutestinorum peristaltico in vasa lactea primi generis, incavitatem intestinorum tenuum apertis osculis hiantia, protruduntur ac per ea ad glandulas.

Mefen.

Mesentii feruntur, ubi tum lympha præterlabenti chylo affunditur, ac à vasis lacteis secundi ordinis suscipitur, & ad receptaculum chyli defertur, quod in homine constat ex tribus quatuorve glandulis inter sese mediantibus vasculis cohærentibus, in quo chylo copiosa affunditur lympha pro ejus dilutione, chylus jam lympha dilutus, per ductum Thoracicum in quo etiam plurima vasa lymphatica suam lympham exonerant, ac chylo (jam antea lympha diluto) præterlabenti affunditur, versus superiora ad venam subclaviam sinistram vehitur, ac sanguini affunditur, ac sic per venam cavam descendantem ad cor vehitur.

X I.

Chylus jam ad cor cum sanguine delatus, sanguini magisque permiscetur, ac in corde accenditur, & per arteriam pneumaticam (vulgo venam arteriosam dictam) ad Pulmones vehitur, in quibus aër inspiratus ei intime permiscetur. Postquam aër jam sanguini permixtus est, iterum per venam pneumaticam seu arteriam venosam ad cor revehitur, & quideam ad sinistram ejus auriculam, ac sic in sinistrum cordis ventriculum, ubi sanguis jam aëre pregnatus iterum accenditur & floridior redditur, & tum per arteriam aortam sive magnam tam ascendentem quam descendenter per totum corpus distribuitur, sanguis vero à munis suis residuus, à Venarum extremitatibus suscipitur, quod non sit per mutuam inosculationem, sed per tubulos quosdam carneos intermedios, ac sic iterum ad cor revehitur, ac sic chylus (sanguini affusus) protinus in sanguinem non convertitur, sed reiteratis demum circulationibus.

X II.

Explicata sanguificatione, facile exinde Cachexiæ natura resultat, cum enim ex actionibus jam enarratis se aliquantum non bene habeat, Hæmatosis vitiatur, cum enim masticatio non bene peragitur, fermentatio retardatur,
2. si aliquo modo fermentatio in ventriculo vitietur, bonus chylus non expectatur, 3. si succus pancreaticus vel bilis præter naturam sit constitutus, adeo ut effervescentia illa

in

3 DISPUTATIO MEDICA

in intestino duodeno non procedat, perverse chylus à fæcibus alvinis segregatur, 4. si lympha non bene se habeat, vel chylo juste non affundatur, adeo ut sit vel nimis tenuis, vel crassus viscidus atque pituitosus, laudabilis sanguis non expectetur, 5. si chylus sanguini affusus male accendatur in cordis cavernis, aut in pulmonibus ei aër rite non permisceatur, & tunc quoque sanguificatio vitiatur, & cum hæc resensita se non recte habeant, generatur vel sanguis nimis tenuis, nimis acris &c. vel viscidus pituitosus ac fæculentus, & cum sanguis ita sit constitutus, exinde tales etiam generantur Spiritus, ac sic tota œconomia animalis per vertitur, secundum vulgare hoc Medicorum axioma, quod corruptitur in prima conceotione, hoc non corrigitur in secunda, & quod depravatur in secunda, hoc non emendatur in tertia &c.

X I I I.

Causa itaque Cachexiæ ex dictis satis patet, est enim omne illud, quod veram Hæmatosin lædere potest, ut est abusus sex rerum non naturalium vulgo dictarum, sunt enim res nonnaturales, quarum usu corpus integrum ac sanum servatur, sed quarum abusu corruptitur ac læditur,

X I V.

Explicata Hæmatoseos ut Cachexiæ natura, ordo monet ut explicationem mensium suppressionem aggrediamur, in qua prius videndum, quid nam sit illa suppressio, & deinde quomodo fiat.

X V.

Est itaque mensium suppressio fluxus illius sanguinei, singulis præterpropter mensibus effluere soliti pernaturalia muliebria, in foeminis generationi idonæis (exceptis gravidis ac lactantibus) totalis abolitio, si tantum fluxus istæ sit diminitus suppressionis nomen non meretur, ut rectè annotat. Dolæus in Encyclopedia lib. v. cap. III.

X V I.

Ex quibus patet, quod de iis tantum dicatur, quæ ad pubertatis annos evectæ sunt, quod vulgo statuitur ab anno

I N A U G U R A D I S . 9

no decimo tertio : quarto vel quinto , ad annum quadragesimum , quadragesimum quintum vel ad quinquagesimum juxta Aristotelis in suis problematibus

Adde decem ternis Mulierum menstrua cernis

Ad quinquaginta duras purgatio tota.

quamvis pro ratione subjecti & Regionis multum variet , sic videmus aliis citius aliis vero serius fluere , quorum exempla passim apud auctores extant & quidem inter eos apud *Dottiss. Barbett. lib. IV. prax. cap. XIII. in observationibus Domini Dekkers, de duabus infantulis , quarum altera septem altera vero duorum annorum menstrua habuerit*; sic mihi retulit Vir quidam fide dignissimus , se novisse Puellam , quæ anno ætatis suæ octavo hoc fluxu laboravit , quæ tamen sana diu vixit , sed cum natura in his certum non observet ordinem , & ad nostrum scopum vix faciant iis non inhærebo.

X I X.

Animi pathemata sicco pede præterire non possum , inter quæ amor præcipue occurrit , eo quippe patientes , si finem non obtineant , Melancholicæ sunt , hinc fermentations languent , & sanguis indies magis magisque particulis viscidis ac crassis infarcitur , adeoque causa obstructiōnum augetur , &c. quæ studio præterimus , ne nostra haec dissertatio in nimis magnam accrescat molem.

X X.

De diagnosi aliquid addere supervacaneum foret , quamquam thesi quarta hac de re satis superque actum sit , ubi enim plurima hujus morbi enarrayimus symptomata , & cum morbus non melius quam per symptomata , seu effecta dignoscatur , lectorem benevolum eo alegamus.

X X I.

Quod ad Prognosin attinet , morbus hic in principio minime est periculosus , quoniam obstructions ut ex Cachezia in corpore altas nondum egerunt radices , adeoque levioribus remediis facile eradicari possunt , sed è contra si alteradicatae fuerint , ægre evelluntur , & tum hunc affectum periculi plenum esse , ex antedictis satis constat , quoniam

B

ex

10 DISPUTATIO MEDICA

ex eo Hydrops, Phthisis, Atrophia &c. gravia mala exsurgere possunt, adeoque & ipsa mors, juxta verba celsissim Medicorum Principis lib. de pris. Medicina sect. I. § 22. n. 190. cum inquit exhibeatur mihi aliquis, natura non admodum robusta, sed imbecilliore, qui triticum crudum, & in elaboratum edat, quale ex area sustulit, & carnes crudas, & aquam bibat, ex qua virtus ratione non dubium est, quin multa & gravia sit perpeccurus, nam doloribus conflictabitur, imbecillo erit corpore, & ventriculus corrumperetur neque diu vitam tolerare poterit.

X X I I.

His præmissis me ad curam confero, in qua hæ indicatio-
nes observandæ sunt, 1. ut ventriculi fermentum excitetur
ac corroboretur, 2. ut sanguinis dyscrasia tollatur, adeoque
humores viscidi pituitosi ac terrestres incidentur, 3. ut ob-
structiones reserentur ac tollantur, 4. humores noxii & ad
evacuationem apti ejitantur, 5. ut symptomata prout sese
afferunt mitigentur.

X X I I I.

Visis indicationibus ipsa cura est aggredienda, quæ ex
duplici hauritur fonte, vel ex Cheirurgica vel Pharmaceutica,
Cheirurgia nobis venæfectionem offert, quæ hoc in
casu in talo cum fructu institui potest, ut ea diathesis febrilis
tollatur & sanguis ventiletur.

X X I V.

Pharmaciam si spectes, in ea namque invenies opimam
remediorum segetem, ex qua primo stomachica ac fermentum
ventriculi roborantia prodeunt, v. g. elix. proprietat.
paracels., sal. volat. oleof. & aromat., sp. sal. armoniac.,
rad. helen. condit., Zingiber. condit., cort. arantior. condit.,
vinum absinthit. &c. ex quibus quisquis sibi formulas potest
comparare prolubitu, v. g. præscribatur sequens conditum
v. g.

2. rad. helen. condit. cort. arantior. condit. conserv.
abfint. roman. an. 3vj. spec. diacureum. 3ij. ol. sassaph. vel
succin. 3j. syrp. de v. rad. q. f. ut fiat condit. ex quo Ægra
sumat particul. nucis moschat. magnitudinis. Vel

2. Elix.

I N A U G U R A L I S. 11

2. Elix. prop. paracels. 3ij. sp. sal. armon. 3j. ol. succin. 3j. misc. & detur in phiola, dosis bis de die gutt. x. vel xij. in vino vel cerevisia. Vel vicem horum sequens implebit nodulus, qui stomachicus, de obstruens simulque uterinus est. v. g.

2. Rad. helen. ostrut. cort. arant. recent. sicc. aa. 3ij. summitat. centaur. min. fol. puleg. fabinae aa. 3j. baccar. junip. 3ij. semin. danc. vulg. 3j. limat. chalib. innodul. ligat. 3ij. incis. & contus. dentur in sacculo, suspendend. in vini alb. gall. tibiv, ex quo *Ægra* semel vel bis de die sumat hauustum, cui addere licebit (præparata nempe materia & ad evacuationem apta reddita) aloes lucid. 9iv, ut eo simul materia expurgetur, juxta Hipp. consilium *Aphor.* xxii. *Secc.* i, concocta enim medicamento purgante educenda & movenda non cruda. &c.

X X V.

Corroborato hoc modo ventriculi fermento, humores viscidi ac terrestres, in sanguine latentes, sunt attenuandi incidenti & obstructiones ulterius referandæ, quod optime fiet decocto ex lignis, corticib. & herbis uterinis vulgo ditatis v. g.

2. Rasur. lign. guajac. 3ij. radic. chinæ 3ij. cortic. tradic. cappar. 3vj. macerentur per noct. calide in aq. cois tibv. dein coq. addendo radic. apii levistic. aa. 3j. herb. arthemis. Mij. puleg. fabin. aa. Mj. bacc. junip. 3j. semin. dauci levistic. aa. 3ij. fiat ex his decoct. tibij. & detur usui, ex qua bis de die sumat patiens 3v. magni quoque usus erit limat. chalib. & omnia ex chalibe præparata, ut tint. metall. &c. vel sequens exhibeat pulvis, ex quo ter de die sumat tantum quantum dactylo theca capi potest. v. g.

2. Limat. chalib. tenuiss. trit. facch. albi aa. 3vj. sem. anisi 3ij. macis 3j. M. F. Pulvis. Sed caveat sibi *Ægra* ne statim superbibat, ut & ab omnibus acetariis, excerceatque se continuo.

12 D I S P U T A T I O M E D I C A
X X V I.

Pituitosis ac viscidis humoribus incisis & attenuatis, fermento que ventriculi correcto, recte isti humores per cathartica evacuantur, si enim, antequam humores rite preparati sunt, hoc tenetur, vel purgatio nihil efficiet, vel Ægræ magnis tormentibus purgantur, imo vehementia quandoque superveniunt symptomata.

Cathartica hic non debent esse vehementia, natura enim dulci vult minime cogi, petanturque ex phlegmagogis, ut ex agarico, turbith. jalapp. mercur. dulc. trochis. alhand. vel si formula potius arrideat, praescribantur haec pillul. v. g.

¶ Ext. cathol. gr. xvij. Mercur. dulc. trochis. alhand. aa. gr. iv. ol. succin. gtt. iij. fiant. pill. no. vij.

Magnopere etiam pillul. aperient. ex gummat. convenient, & ad hunc modum præparentur v. g. **¶** gum. galban. in acet. solut. aloes lucid. aa. 3ij. trochis. de myrrh. 3j. vitriol. martis calcinat. gr. xv. trochis alhand. 3j. ol. succin. gtt. xij. fiant exinde pill. no. xxx, de quibus immediate ante cænam sumat unam vel duas ratione operationis. Vel si quedam signa faburræ latentis in ventriculo apparent, recte illa expurgatur per vomitorium ex infusion. croci metall. in vino gallico 3ij. cum oxy-mell. squillit. 3vj. vel 3j. post haec recte diaphoretica propoununtur, quorum vicem decoct. supra datum imp'et, sed si quis varietatem medicamentorum amet præscribatur bolus ex theriac. ocul. canc. fal. volat. succin. ol. macis stillat. &c. ad hunc malum spectantia.

X X V I I.

Ut indicationibus satisfiat, restat ut symptomata mitigentur, sed quoniam illa varia esse possunt, de illis nihil addo, horum enim omnium curationem explicare foret opus nimis molis, nihilominus tamen haec de intumescencia pedum adjungam, quod symptoma hoc Ægris plerumque multas creat molestias, ac diu durat, quæ intumescencia nihil aliud est quam Tumor Oedematosus, & de hujus cura aliquid addere superfluum foret, quippe Celeberrimus ac plurimum venerandus meus Praeceptor Dom.

Dom. J. Munnix hac de re satis superque egit in *Praxi Cbeirurgica lib. I. cap. vi.* quam benevolus lector inspiciat.

Qui porro plura de hoc affectu vult, adeat Auctores, qui de hoc Morbo ipsique similibus scripsere, ut est Hypochondriaca passio, obstructio Lienis atque Hepatis, quæ hujus Morbi secunda est Genetrix.

XXVIII.

Denique restat quædam de dieta dicere, cujus exacta ratio habenda, hac enim neglecta, magis Morbus in deterius vergeret, quam Medicamentorum usu proficeretur, versetur itaque patiens in aëre sereno ac ad calidum vergente, minime sit nebulosus. Cibi sumantur boni succi & facilis concoctionis, vitentur omnia acida, austera, salita, fumo vel vento indurata, caveatque ne nimia quantitate eos ingerat, ex ea quippe cruditates cumulantur. Potus sit cerevisia tenuis ac bene defæcata, potusque serofiores hic prosunt v. g. potus Coffy, Thee, &c. nam serositate sua partes abluunt, adeoque obstructions tollunt, vino utatur generosiore Hispanico nempe Canarino vel Malvatico in quo limatura chalibis infundatur, eo quippe fermenta corrupta emendantur ac obstrunctiones referantur, fugiat potum aquæ frigidæ ac aceti. Motus corporis sit moderatus pro viribus patientis. Somnus nimius fugiatur, eo namque Spiritus fiunt torpidiores ac segniores. Vigilæ quoque ne sint nimiae, illæ enim Spiritus dissipant adeoque actiores reddunt. Alyus respondeat arte vel natura. Animi denique pathemata gravia ut odium ira, tristitia, mæror &c. procul absint, sed hilaritati studeantur.

XXIX.

Hæc sunt illa, quæ non ex rei dignitate sed pro modulo mei ingenii de hoc affectu proponere in animum induxeram, quæ si recte usurpentur, non dubito, quin (Deo ter Opt. Max. duce) pristina sanitas poterit Fœminis etiam deploratissimis in integrum instaurari, nam secundum hunc metrum:

Herbis non verbis fiant unguenta salutis,

Ni Deus adfuerit viresque infuderit herbis

Quid rogo diptamnus quid Panacea juvat.

rogo itaque Deum ter Opt. Max. ut his meis conatibus ad
sit, ac omnia in praxi occurrentia felicitet, ut talentum hoc
quod mihi largitus est, non negligenter despiciam, sed in
nominis sui gloriam ægrorumque salutem impendam.

COROLLARIA.

I.

Fermentum ventriculi non est humor homo-
genius sed ex variis componitur.

II.

Nec est mere acidum vel salsum, sed sub-
acidum ac subsalsum, atque spiritibus
admodum temperatum.

III.

Cibus in ventriculo fermentatus non omnis
simul

*simul ex ventriculo egreditur, sed aliae
particulae præ aliis.*

I V.

*Effervescentia que fit in intestino duodeno
non est vehemens sed lenis ac blanda,
Et continuatur per omnia intestina te-
nuia.*

V.

*Chylus sanguini affusus protinus in san-
guinem non convertitur, sed reiteratis
demum circulationibus.*

V I.

*Fædus iste faminarum color in chlorosi ori-
tur à sanguine præter naturam consti-
tuto, nam prout sanguis sese habeat,
sic etiam colorantur partes externæ.*

V I I.

*Fluxus mensium certo tempore semper non
fluit*

fluit, nec tamen obstructio dici potest.

V I I I.

Obstructionis mensum causa non semper est
sanguis quantitate, sed etiam qualitate
vitiosa peccans.

I X.

In obstructione mensum cum fructu etiam
venæctio celebratur in brachio.



L V

I I V

Cibæ in ventriculo fermentantur
non solum propter otheri insipidum et
tum.